EXERCITIORUM
JUSTINIANEORUM
Octavum.

A. D.
P.

Ampliſs. Facult. Juridic.

PRÆSIDE

V. CL.

ERASMO UNGEPAUR,

U. J. D.

RESPONDENTE

JACOBO FETZERO

Noriberg.

BIBLIOT... VITTORIO ...

Fiet

Ad diem XXIV. Decembr. loco & horis conſuetis.

JENÆ

Typis HENRICI Rauchmauls/

ANNO

M. DC. XIII.

4

Viro Excellentiſ. Clariſ. & Conſultiſſimo

DN.

HIERONYMO FETZERO J.U.D.

& Inclytæ Noriberg. Reip. Conſiliario prudentiſſimo.

Patruo ſuo omni obſervantiâ proſequendo;

UT ET

Viro Clariſ. & Diſertiſſimo.

Dn.

ADAMO THEODORO SIBERO

in celeberrima Wittenbergenſi Academiâ Eloquentiæ Doctori Publ.

Fautori ac Præceptori ſuo æternùm colendo.

Viro item conſpicuo & Integerrimo

Dn.

JOHANNI Heger / civi ac mercatori Norib. primariò.

Tutori & Affini ſuo perpetim obſervando.

Præſtantiſ. deniq; & literatiſſimo Juveni-viro

Dn.

JOHANNI WILHELMO MARIO

Sobriæ Philoſophiæ Candidato, & SS. Theologiæ Studioſo,

Amico ſuo probatiſ. fideliſſimo

Gratitudinis, Obſervantiæ & amicitiæ ergò

D. D. D.

haſce ſuas primitias

JACOBUS FETZERUS N. Reſpondens.

MEO
JACOBO FETZERO.

GRata Novenſilium ſoboles, FETZERE, ſororum,
Quem verè proprii ſangvinis inſtar amo,
Annus abit, rediitq; citis ferè motibus in ſe,
Cum jaceres ſtudii ſemina prima tui:
Et jam meſſis adeſt, cape falcem, collige fructus,
Inq; tuam Themidos dona reconde penum.
Ut ſua ſi SUPERIS, PATRIÆ, LARIBUSQUE PATERNIS,
Te quondam juris regula ferre velit,
Inſigni cum laude feras, & fœnore magno
Exhibeant parvæ commoda magna moræ.
Verum quò votis reſpondeat exitus æquus,
Et faveat meſſi læta Segeſta tuæ,
Hunc urge curſum primæ ſub flore juventæ,
Namq; ſenectutis pauca miniſtrat hyems.

Johannes Schröterus.

AD
MUSARUM CHARITUMQUE MUNIFICENTIA
Inſtructiſſimum Juvenem

Dn. JACOBUM FETZERUM THEMIDOS SEctatorem ſtrenuum, Amicum & convictorem fraternum.

Πεντάστιχον:

REtia ſub liquidas ſolers niſi miſerit undas
Piſcator, fune & flumina ſæpè ſecet
Nil capiet. Contrà rigidos quicunq; labores,
Pertulerit, quondam commoda multa feret.
Hoc tecum reputans, urges FETZERE labores.
Et volvis doctos nocte dieq; libros.
Macte Novenarum dulciſſime ocelle ſororum:
Hinc Decus & Virtus, hinc bona fama venit.
Hinc multi fructus veniunt, hinc commoda mille,
Nil ego plus addam: VIVE VALEQUE, ſat eſt.

Johannes Wolfgangus Hiller
Berga-Palat.

AD

AD POLITISSIMUM DN. RESPONDENTEM,
Commenſalem & Amicum meum percharum.

DE SERVITUTE diſſerens,
Amice mellitiſſime,
Tuas ſermone libero
Theſes tueris maſculè.
Fac te expeditum præbeas
Virum in reſponſionibus
Curans parum contrarii
Tuæ quid inferant Theſi.
Æris Tuis Parentibus,
Amicis atq; ſingulis
Gratus, placebis & Diis,
Ferens ab illis præmia.

Scripſi honoris & amoris ergò

Wolfgangus Erneſtus Wôlfing.
Ingelfingâ-Hoënloicus.

AD DN. RESPONDENTEM,
contubernalem ſuum.

EN Jacobe ſubis etiam certamina, namque
Juſtitiæ cupis & Juris diſſolvere nodos,
Rite facis, quod nempè tui petiére Patroni,
Attamen horrendi non ſunt hæc prælia MARTIS,
Nec ſonat hic Clypeus, metuenda nec arma, nec Enſis,
Nec (ceu fit) FORS & VIRTUS miſcentur in unum,
Non hic Vulcanus, Pallas ſed amica miniſtrat
Tela, quibus contra Aſtreæ pugnabitur hoſtes.
Exuviæ non ſunt fortunæ munera cæca,
Sed decus æternum VIRTUS & GLORIA, queîs te
Induet Alma Themis, ſi cœptos perficis auſus.

Juſtus Chriſtophorus Kreſs. N.

EXERCITIORUM Juſtinianeorum Octavum.

RESPONDENTE

JACOBO FETZERO Noriberg.

QUÆSTIO I.

Num ſervitus propriè ſit in bonis?

AIo: *Si ut jus exigit, conſtituta reperiatur. Pro quâ enim re actio eſt, illa propriè bonis annumeratur.* l. bonorum 49. d. V. S. & l. rem. 52. d. A. R. D. *At pro ſervitute, quæ res eſt incorporalis.* t. t. I. d. reb. corp. *actio eſt* §. æquè. 2. I. d. Action. *E. Et hinc apparet, vix tertiam dari ſpeciem rerum, quæ neq; in patrimonio, neq; extra patrimonium ſunt* princ. I. d. R. D. *Quid a. ſit*, eſſe ex bonis, *in* l. prætor 2. §. 22. d. vi bon. rapt. l. Paulus 29. in pr. d. pign. l 3. §. 3. d. uſur. l. libertus 36. d. bon libert. §. f. I. d. vi bon. rapt. *explicat* ex l. 1. d. uſu & uſufr. leg. *Fr. Hott.* 6. obſ. 25. *& Gipb.* ad pr. tit. D. d. A. R. D. n. 30. *Conf. Gœdd.* in d. l. 49. n. 16. Nego: *ſi relicta ſit ſervitus ſervitutis, quia ſervitus ſervitutis eſſe nequit (h. e. ut ſervitutis realis ſervitus perſonalis non datur; ſic nec ſervitutis realis aut perſonalis ſervitus realis, aut perſonalis.* Diſſ. *Balduin.* in §. tam a. 21. n. 4. I. d. leg. *per* l. cum eſſent 33. § 1. d. S. R. P. & l. 2. d. riv. *ad quas Accurſ.* in d. §. 1. *Cujac.* tr. 9. ad Afric. p. 537. *& Don.* 11. com. J. C. 14. p. 608. n. 39. *reſpondent)* l. 1. d.

uſu & uſufr. leg. *quæ num prioribus reſiſtat, non fruſtrà quæri*[illegible]. *Legaverat ibi quis uſum & uſumfructum itineris & ſic ſervitutem ſervitutis, dubitabatur, num tale valeret legatum. Valere id*[illegible] *cen-dum videbatur. Quia omnium rerum, quæ in cujusq; patrimonio & bonis ſunt, uſusfructus legari poteſt.* l. 1. de uſufr. car. rer. quæ uſu conſ. & l. uſufructu 69. ad L. Falcid. *Servitus a. eſt res in patrimonio, & bonis teſtatoris exiſtens, ut modò probavi. E. ſervitutis ſervitus, uſus ſcil. & uſusfructus legari poteſt. Verùm in contrarium non ſubſiſtere poſſe legatum hoc, diſputat* Paul. *quod ſervitus ſervitutis eſſe non poſſit. Conjung.* l. ex meo. 24. & l. cum eſſent. 33. § 1. d. S.P.R. *& ad minorem propoſit. reſpondet per inficiationem, ibi:* quia id *(legatum)* neq; ex bonis, neq; extra bona ſit. *Sed cur hoc? Ideò inquit Don.* lib. 4. com. 5. *& Ant. Fab.* lib. 19. conject. c. 8. in f. *quia legatur ſervitus ſervitutis, quæ nulla eſt, & propterea neq; ex bonis, neq; extra bona, cum non entis nullæ ſint qualitates. Gædd.* d. loc. n. 17. *exiſtimat committi à* Dd *fallaciam falſæ interpretationis, ſenſumq́ legis talem ponit: Quamvis SCto cautum ſit, ut omnium quæ in bonis ſint, uſusfructus legari poſſit, & ſervitutes neq; ex bonis, id eſt, ex bonorum numero excluſæ, ſeu extra bona, ſed in bonis ſint; tamen ob defectum habilis ſubjecti non conſtituitur uſusfructus ſervitutis. Georg. Martin.* in Juſtin. t. d. R. D. in pr. *vult, d. verba:* quia id neq; ex bonis &c. *velle, quod ſervitutes non ſint in bonis, eo vid. modo, ut ſunt res, quarum eſt uſusfructus, h.e. corporaliter, & non negare, quod alio modo ſint in bonis, vid. corporaliter. Quæ explicatio alijs etiam magni nominis JCtis non diſplicet. Verum interpretationes hæ vix mentem JCti tetigere.* Non prima: *Non n. ideò, quod nullum ſit hoc legatum dicitur eſſe non ex bonis, ſed quia non ex bonis eſt, ideò nec utile, & nullum eſt. Deinde argumento, quod in contrarium adductum erat, non reſpondet. Tertiò ſervitus illa non dicitur eſſe extra bona, ibi:* neq; extra bona ſit. *Quod verò per rerum naturam nullum eſt, quàm maximè extra bona eſt. Marc. Lyckl. à Nyeholt* lib. 7. Membran. Eclog. 43. p. 406. Non ſecunda: *quia interpres ille in eandem incidit fallac: ut patet, ſi d.* l. 1. *verba illa:* nec erit utile &c. *conferantur cum illis:* quia id. Non deniq; ultima: *nam præſupponit, nullum dari rei incorporalis uſumfructum, quod currit cõtra* l. poſt quod 3. d. uſufr. car. rer. *in qua nominum uſusfructus mentio fit. Nomina a ut conſtat ex* §. tàm a. 21 I. d. leg. & l. heredes 25. § 1. fam. erciſc. *Hott*, lib. 3. obſ. 3. *res ſunt incorporales.*

corporales. Quare hoc videtur velle d.l.1. *licet ſervitus ſit in bonis, relicta tamen ab ea ſervitus, uſus, uſusfructus itineris &c* neq; ex bonis, *iis videl. quæ ſervitutem recipere poſſint (cur a. illud? Explicat* Gloſſ & Gothofr. in d l.1 & Don. 4.com.5.) neq; extra bona eſt, *cum ſervitus, à qua illa relinquitur, ſit in bonis. Quod a ſequitur;* ſed incerti actio, *usq; ad finem legis, non eſt Triboniani, nec abhorret à juris ratione, quamvis id videatur* Ant.Fab. d.loc.

II.

Num ſervitus diſcrepet à ſervitute, de quâ in lib. 1?

Ajo: *Differt enim definitione. Hac eſt conſtitutio Jurisg. quâ quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur* §. ſervitus. 2. I d. jure perſ. *Illa v. jus* tt. de reb. incorpor. l.1. d S.P.R. & l 1. d. uſufr. *in re alienâ* l. cum eſſent. 33. §.1. d. S.P.R. l. in re 26. d. S.P.V. *ut dominus in ea patiatur aliquid* l. quotiens 15. §. 1. d. Serv. *nos vid. ire, agere aquam ducere &c. vel non faciat.* d. l.15. §.1. *ne vid. altius ædes ſuas faciat, luminibus vicini officiat &c. (quod. a. debens oneris ſervitutem, teneatur, aliquid facere h. e. parietem ſeu columnam reficere* l. etſi 6. §.2. & l 8 §.2. ſi ſervit. vind. & l.33. d. S.P.V. *id ſpeciale eſt Don.* lib. 9.com. 21. *& Job. Super.* ad d. l. 15. §. 1. n.2. & 3.) *utilitatis alienæ gratiâ* d. l.15. in pr. & l. ſicut 8. §.6. Si ſerv. vind. *Hinc duo* ἐπόμενα: *Unum, amœnitatis cauſſa ſervitutem conſtitui poſſe* l. hoc jure 3. in pr. d. aq. quotid. *Nam amœnitatis utilitas datur* l. ſtatuæ 41. in pr. de Uſufr. & l. competit 16. §.1. quod vi aut clam. *Alterum: Servitutem ſuâ naturâ inutilem, ut etiam ipſum verbum* ſervire, *quod prodeſſe eſt, prodit, nullam eſſe. Suâ naturâ dico: Quæ enim per accidens talis eſt, alio tamen loco & tempore prodeſt, valet* l. ſi infantis. 55. d. uſufr *quo reſpicit* l. ei fundo 19. de ſervit. *Don.* 9. com 21. *& Hott.* 8. obſ. 11. *Deindè ſubjecto. Hic enim non res aliena, ſed propria ſervit. Undè ſervum eſſe à ſervando &* ἀπὸ τοῦ *ſervus ſervire eſt.* Exerc 2. q.5. *Ibi verò non res propria, ſed aliena.* Nego: *Quia utraq; currit contra naturam. Ut enim omnes natura liberi ſunt* pr. I. d. libert *ſic quoq; naturâ omnia prædia & ædificia* l. altius. 8. C. d. ſerv. & aq. *Ex quo fluit maxima illa: In dubio omnem domum præſumi liberam à fundamentis uſq; ad cœlum.* Gloſſ. & Bald. in d. l.8 *Et utraq; eſt ex jure Gent. Hanc prodit* §. ſervitus 2. J. d. I.P. & l. ſi quod 64. d. cond in-

deb. *Illam verò* § fin. J. d. uſu & habit. *Nec dubitandum, quin poſt introductam dominiorum diſtinctionem unius prædium uſibus alterius ſæpius obſtiterit, & ſic frequenter ad ſui commodit. item alterius indiguerit* arg. l. 5. d. J. & J. & ibi *Caſtrenſ.* n. 23. *Andr. Kobl* ex leg. 6. n. 10. *Malè ergò Don.* 5. com. 1. *ex eo præſuppoſito, quaſi nullæ res incorporales à jure Gent. cognitæ ſint, concludit, ſervitutes eſſe juris civilis. Præſuppoſitum enim falſum eſt.*

III.

Num trahendi verbum ſit ab agendi diverſum?

Ajo: *Si agendi verbum ad actus ſervitutem, ut fit in* l. ferri. 235. in pr. d. V. S. *cum Alb. Gent.* lib. 4. lect. & Epiſt. c. 4. *reſtrinxeris.* Nego: *ſi idem cum eodem abſoluto acceperis. Tùm enim actum jumenti, armenti, gregis, vehiculi, omniumq; quæ aguntur, comprehendit, ut & lapidis tractum tigniq;, ac rectam haſtæ geſtationem, modò fructus non lædantur* l. qui ſella. 7. in pr. d. S. P. R. *Et hâc in latitudine ſi* agendi *verbum in viæ definit: ſumi poſſe cum* Alb. Gent. *notaſſent. Don.* 11. com. 6. *Conan.* 4. com. 11. *Weſ.* in tr. ff. d. S. P. R. n. 1. *Anton. Matth.* in not. ad tit J. d. Servit. *Förſt.* diſp. 7. th. 4. lit. B. *nunquam, forſan ob rancidum & mucidum quendam Codicem, quem* Conan. *pro ſe citat, pro* eundi *ſubſtituiſſent,* vehundi. *Nec ſi communem retineamus lectionem ſequens:* ambulandi: *verbum in eâdem abundabit, niſi idem ob* eundi *verbum ſimiliter abundare dixeris in itineris definitione, quæ cum ſit vis eundi ambulandi hominis, & viæ inſit, vix explicari poterit, cur viæ non rectè quoq; inſit: eundi & ambulandi. Conjunge Ant. Fab.* 1. conject. 20. & *Gaſp. Schiford.* lib. 2. tr. 20. q. 6.

IV.

Nùm ex tribus hiſce ſervitutibus: altiùs non tollendi ædes: ne luminibus officiatur: & luminum: una arguat alteram?

Ajo: *quia prima ineſt mediæ, & ultima media. Servitute n. mediâ id acquiſitũ videtur, ne jus ſit vicino nobis invitis (quis a. invitus dicatur, exponitur in* l. 5 d. S. P. V. *vid. Zoanet.* lib. ſing. reſtit. c. 20.) *minuere & obſcurare lumina noſtrorum ædificiorum. Quodcunq; igitur*

tur facit ad luminis impedimentum, prohiberi poteſt, poteſt & novum opus ei nunciari, ſi modò ſic faciat, ut lumini noceat l. inter 15. d. S. P V. *Sic ſi arborem ponat, ut lumini officiat: æquè dicendum erit, contra impoſitam ſervitutem eum facere* l. 17. in pr. eod. *Quia verò difficulter fieri poteſt ut altiùs eductis ædibus prorſus non officiatur luminibus itaq;, cum ſervitus media imponitur, hoc maximè (nam ut plurimum ædificando lumina obſcurantur) adepti videmur, ne jus ſit vicino invitis nobis altius ædificare, & ita noſtris luminibus officere* l. luminum 4. d. S. P. V. *Sic ultimâ ſervitute conſtitutâ, quod fit, cùm nobis lumen in vicini parietem aut communem immittere conceditur* d. l. 4. *conſtituta & media eſt, alioquin ſi liceret luminibus officere, periret utiq; luminum ſervitus.* Nego: *Quia ultima non ineſt mediæ, in quâ ſufficit aliquid non fieri; in illâ verò oportet ſervientem aliquid pati* d. l. luminum 4. *Ut nec primæ media. Nam prima imponi poteſt, ne ventus in loco quo frumentum ruri excutitur, impediatur* l. f. C. d. ſerv. & aq. *nevè ſol, in loco ubi caſei ſiccantur, avertatur.* Diſſ. *Don.* lib. 11. com. J. C. 5.

V.

Nùm poſſim aperto pariete meo feneſtram habere verſam in aream vicini, vicino invito?

Ajo: *ſi id utilitatis meæ gratiâ fiat. In ſuo enim alij hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittit* l. ſicut 8. §. Ariſto 5. Si ſervit. vind. *At dùm aperio parietem & in hortum vicini conſpicio, nihil in alienum immitto.* Non oculos: *quia eos domi in capite retineo.* Non etiam illorum radios: *viſio enim non fit radiorum ex oculis emiſſione, ſed quando ex re viſibili prodit ſpecies ſpiritalis auxilio luminis, & in oculo recepta ab anima judicatur. Ariſt.* lib. d. ſenſ. & ſenſ. c. 2. & lib. 2 d. Anim. c. 7. *Scal.* Ex. 80. ſ. 8. & Ex. 298. ſ. 14. & 16. *E. Deindè ſi cum eo, qui in ſuo fodiens vicini fontem avertit, non poteſt agi, multò minus mecum agi poterit, ob apertum meum parietem. At prius eſt verum per* l. 1. §. deniq; 12. d. aq. & aqu. pluv. & l. fluminum 24. § f d. dam inf. *E. & poſterius. Conſeq. patet, quia aperto puteo venæ putei vicini præciſæ ſunt, cui ita aliquid perit. At ob parietem meum apertũ nihil vicino adimitur, ſed ei tantùm moleſtus ſum. Deniq; non cogor vicino prodeſſe cum meo incõmodo* l. in ſumma 2. §.

l.d.aq.& aq.pluv. *quia charitas à ſe incipit* l. præſes 6. C.d. ſerv.& aq. *Quare ſpecies ex re viſibili ſunt aut communicandæ, aut domi r. tinendæ, quod fiet, ſi vicinus iterùm tollendo feneſtram meam obſcuraverit* l.cum eo.9.d.S. P. V. & l. altius 8. C. d. Serv. & aq. Nego. *ſi ad æmulationem tantùm vicini fiat, puta ut inſpiciam tantùm uxorem viciniq; filias & ancillas, nihil laturus, quam ut vicino moleſtus ſim Malitiis enim non eſt indulgendum* l. in fundo 38 d.R. V. l. 1. §.deniq; 12. *ibi: Si non animo vicino nocendi* d.aq & aq.pluv. arc.

VI.

Nùm uſusfructus alius in jure detur cauſſalis, & alius formalis?

Ajo. *ſi rem ipſam conſideres. Quia dominus poteſt aliis in re ſuâ conſtituere uſum fructum. E. talem antea habuit conſeq. eſt in* l. nemo 54. d. R J. *Non a. habuit formalem. Is enim habetur jure ſervitutis. Alciat.* in l. 25. d. V.S. & Weſ. in π. D. uſu fr n. 4. *Sua a. res nemini ſervit* l. in re 26. d. 5. S. P. *E. cauſalem. Tertium enim non datur. Deindè uſusfructus proprietatem comitari* l. ſi ita 126.§.1. d. V.O. *à proprietario vendi* l.8. §.f. d.peric.& com. rei vend. *à fundo detrahi* l.58. d.V.O. *deduci* l.6. in pr. d. uſu fr. *ſeparari* l. 78. in princ. d. jure dot. & §.1. J. d uſufr. *& ad proprietatē reverti dicitur* §.f. J. d.t. *Revertitur a. alius, & alius moritur. Moritur formalis, & revertitur cauſalis. Conf.* l.ſed ſi 3. §. 5. d. reb. eor. qui ſub tit. & l. 21. § 3. d. except. rei jud. Nego. *ſi nomen reſpicias. A magiſtris enim inventum eſt.*

VII.

Num inter vivos uſusfructus conſtitui poſſit?

Ajo: *Si verum uſumfr. ſpectes* §. 1. J. d. Uſufr. Nego: *ſi quaſi uſumfructum. Hic n. ultimis tantùm voluntatibus conſtituitur l. quia de quaſi uſusfructu tantùm dicitur, quod legari poſſit* l.1.l.2 in pr.l. 3 §. in pr. & §.1.l.6.in pr. & §.1.l.7.l.8.l.10.§ 1.l.11. d. uſufr. ear. rer. *& generale verbum* conſtitui, *quo* Imp. in §. 2. J. d.uſufr. *utitur, pro legari ſumitur, ut ex* ſeqq. *aparet. Et aliàs in toto jure generi per ſpeciem derogatur* l. 80. d. R. J. *Diſſ.* Criſp. in Not. ad d. §. 2. *& Andr. Gerb.* Ex Juſtin. decad. 5. q. 6. in f. 2. *Quia ante SCtum (quod poſt Ciceronis*

ceronis ætatem factum videtur, ut ipſe in Top. indicat, ibi: legato omnium bonorum relicto legatarius non utetur cellis vinariis, quia uſus non abuſus relictus eſt. *At poſt SCtm his etiam rebus utitur legatarius* l. 10. §. f. d. uſu & habit. l. 5. §. 1. & 2. de uſufr. ear. rer. l. uſufructu. 69. ad L. Falcid.) *earum rerum, quæ uſu tolluntur vel minuuntur, nullus erat quaſi uſusfructus* l. 2. §. 1. de uſufr. ear rer. *poſt illud verò inductum eſt tantùm, ut illarum rerum poſſit uſufr. legari* l. 1. eod. *Verba a. contraxerunt, geſſerunt non pertinent ad teſtandi jus*, l. 20. d. V. S. *3. Ratio SCti illa eſt. Olim rerum quæ ipſo uſu conſumuntur uſusfructus crebrius relinquebatur. Quia verò heredes adeuntes evacuatâ proprietate nil niſi vacuum heredis nomen habebant, fiebat ut nemine poſtea adeunte, ultimæ teſtantium voluntates conciderent. Ideóq; Senatus, ut hominum ingenio & Juris potentiâ libertati ultimarum voluntatum, ne ullâ in re deficiant, ſuccurreretur, ſeſe interpoſuit, & quaſi uſumfructum, ſub cautione, conſtituit. Quæ certè ratio inter vivos nulla eſt. E. nullus etiam quaſi uſus fructus.*

VIII.

Num hæredi legatarium de quaſi uſufructu caveri oporteat?

Ajo: *Si velit heres ut caveatur, tunc enim rectè caveri oportet* l. 2. d. uſufr. ear. rer. & §. conſtituitur non utilitatis J. d. uſufr. Nego: *Si nolit. Non enim patior dd. text. torqueri contra heredem; cum appoſiti ſint pro herede contra legatarium, & pro ultimis voluntatibus ut in q. 7. dictum. Quoniam itaq; legis finis, ejusq; propoſito per teſtamenti aditionem ſatisfecit heres, nulla ratio eſt, cur is cautioni nuncium mittere eandemq; uſufructuario remittere non poſſit. Omnes n. licentiã habent his, quæ pro ſe inducta ſunt, renunciandi* l. 51. C. d. Epiſ. & cler. & l. 29. C. d. pact. *Nec eſt, ut dicant* Dd. *remiſſũ ita cautione evaneſcere quaſi uſumfructum; quia eodem modo patri. cui ipſo jure cautio remiſſa eſt* l. f. §. ſin autem 4. C. d. bon. quæ lib. *in adventitijs filij fam. quaſi uſusfructus in fumum & ventum abiret. Quod tamen* Dd. *non concedunt. Aut igitur ratio diverſitatis danda erit, quam tamẽ heri dabunt, aut in caſtra noſtra erit tranſeundum. Pro quibus non parùm quoq; facit.* l. hoc 5. §. 1. d. uſufr. ear. rer. quæ: *ubi pecuniæ aliarumq; rerum quæ in abuſu conſiſtunt quaſi uſusfructus, etiamſi cautio nõ interveniat.*

veniat, legari, legatus conſtare & deniq́; extingui dicitur. Id a. quod non eſt non interit Ariſt. 5. phyſ. c.2.t.14. *Si igitur cautio de ſubſtantia eſſet, quaſi iſte uſusfructus eſſentiam ſuam, & accidens ſubjectum ſuum præcederet, quod abſurdum, & per naturam impoſſibile.* Scal. ex. 5. ſ. 1. Fonſ. 5. Metaph. c.13. q.7. *Accidentis enim eſſentia eſt inhærere.* Scal. ex.10. *Poteſt itaq́; heres, ſi velit fructuarij fidem ſequi, eiq́; utendas res legatas, quæ uſu tolluntur, absq́; cautione tradere, & finito uſufructu res ejusdem bonitatis & qualitatis, aut earundem æſtimationem condicere,* l. 7. d. uſufr. ear. rer. *Conf. Pinell.* ad l. 1. C. d. bon. mater. p. 2. & *Fach.* 8. Controv. c. 43.

IX.

Nùm uſufructuarius alienando jus uſusfructus retineat?

Ajo: *Retinet n. illud per ſe. Nam qui vendit utitur* l. arboribus 12. §. 2. d. *uſufr. dùm vid. pretio fruitur* l. quia 39. eod. *cum pretiũ rem ipſam repræſentet* l. 22. d. hered. petid. & l. 33. pecul. *Sic qui locat, utitur* d. l. 12. §. 2. *ſentit enim penſionis commodum* l. 3. com. divid. l. 52. in pr. d. Donat. inter vir. & ux. *& mercedes ſeu penſiones, quæ ex locationibus percipiuntur, loco ſunt fructuum* l. 27. §. f. & l. 29. de pet. hered. *Deniq́; qui alij precariò concedit, vel donat, utitur* d. l. 12. §. 2. *quia & hîc rei fructus eſt, dum fructuarius beneficij debitorem ſibi acquirit* l. 54. §. 1. d. furt. *obligatione nimirum naturali ad remunerandum conſtitutâ* l. 25. §. 11. d. hered. pet. *Deindè retinet ſibi jus illud fructuarius per intermediam perſonam, emptorem, conductorem, donatarium &c.* l. 38. d. uſufructu l. 29. in pr. quib. mod. uſusfr. vel uſus amitt. *adeò ut extinctâ ipſius perſonâ, extinguatur quoq́; jus illud utendi fruendi ſivè ſit emptum, ſivè conductum, ſivè donatum* l. ſicut. 3. §. f. quib. mod. uſufr. amitt. §. 3. J. d. uſufr. l. 3. & l. 12. C. d. uſufr. l. 13. §. f. cum l. ſq. §. 3. d. cenſib. & l. 86. d. R. J. *quo reſpectu verũ etiã eſt, jus fruẽdi perſonæ cohærere* l. ſicut 3. §. f. quib. mod. uſusfr. amitt. l. 4. d. Novat. *Quæ n. perſonæ cohærent, ad alios non tranſeunt* l. 7. in pr. d. except. l. quia 13. ſolut. matr. & c. 7. d. R. 1. in 6. Nego: *quia non retinet jus utendi fruendi penes ſe, ſed transfert illud ad alios. Si enim jus utendi fruendi fructuarius venditor vivus emptoris debet heredi, ſequitur jus illud fructuarium alienare poſſe. Ad prius eſt verum per* l. neceſſario 8. §. f. ibi heredi a. meo debebitur (*intellige ex præced. jus utendi fruendi*) d.

per.

per. & com. rei vend. *E. & poſterius. conſeq. negari nequit.* *Deindè hoc apparet* ex §. 1. J. d. uſu & habit. *ubi uſufructuarius poteſt alij jus ſuum, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis concedere. Poteſt itaq; fructuarius non tantùm fructuum perceptionem alienare, licet hoc contendant Azo* in ſum. t. J. d. Uſufr. n. 1. Don. 10. com. 9. *Petr. Barboſ.* ad l. 57. ſol. matr. *Pet. Aug. Morl.* p. 1. Empor. t. d. ſer. q. 2. *verum etiam jus ipſum utendi fruendi. Cujac.* in not. ad tit. J. d. uſu & habit. *Eman. à Soarez. à Rebeira* in Annot. ad Reſol. Gomez. t. 2. c. 15. lit. E. *Pin.* in l. 1. p. 3. n. 39. C. d. bon. mat. *Gaſp. Schiford.* tr. 12. per tot.

X.

Nùm fructus ultimi anni, quo morte fructuarij extinctus eſt uſusfructus, ad heredes defuncti pertineat?

Ajo: *Si ab ipſo uſufructuario percepti ſint* l. 12. §. 5. d. uſufr. l. 13. quib. mod. uſusfr. vel uſus amitt. *fructuario n. fruenti tribuuntur* l. unica in pr. quand. dies uſusfr. leg. *fruitur a. ſi ipſe fructus percipiat. Undè ſi fur decerpſerit vel deſecuerit fructus maturos pendentes, fructuario quidem datur actio furti, quoniam interfuit ejus fructus non eſſe ablatos, non tamen condictio furtiva* d. l. 12. §. 5. *quia hæc ſoli Domino competit* l. 1. concedit furt. *At ante perceptionem fructuarius non eſt Dominus* l. qui ſcit. 25. §. 1. d. Uſur. *Fructus igitur ſuos factos perceptione (ſivè illa fuerit perfecta, ſivè impfecta* l. ſi ejus 78. d R. V. & l. 13. quib. mod. uſufr. amitt.) *meritò transfert ad heredes* d. l. 13. per l. 61. d. l. R. J. Nego: *Si de pendentibus loquaris.* §. is verò 37. J. d. R. D. l. in ſingulos. 8. d. annuis leg. *Hart. Piſtor.* p. 1. q. 24. Rob. 2. animad. 16. *Diſſ. Cujac.* 4. F. 30 & ad l. 32. § pen. d. uſu & uſufr. & 2. Not. Merc. c. 10. *& Borch.* ad d. §. is verò 37.

XI.

Nùm correctio L. plenum 12. § præter. 1. ver: ſed neq; foliis d. uſu & habit. probabilis ſit?

Ajo: *Si mecum legeris:* loliis. 1. *Quia litera* l. *ſine animadverſione*

ſione mutari poterit in f. aut f. D[illegible] ratio, quæ Nervam in contrarium traxit ſententiam, ut [illegible] denegaret, hæc forſan fuit: Conſtat quòd in fundo habenti uſuario morari liceat, ne Domino fundi ſit moleſtus l. inq; 11. d. uſu de habit. *[illegible] ſi [illegible]rum uſum uſuario concedas efficies ut uſuarius Dominum fundi moleſtia quadam afficere poſſit. Separatio n. lolij moleſta eſt* l. ſi ſervus. 27. §. 14. ad. L. Aquil. *Sivè fiat à ſegete, ſivè à frumentis excuſſis & tritis accommodatis ad eã rem cribris. Difficulter enim a frumento ſeparari & ſine ſegetum læſione lolium evelli poſſe, teſtatur ipſa experientia. Per neceſſariam itaq; conſequentiam denegato uſuario frumento, et quoq; lolij uſum Nerva putabat denegandum. Collectio ejus eſt talis: Si uſuarius lolijs, quæ non frumenta ſunt, ſed inter frumenta & ſegetum vitia reputantur, uti nequit, multò minus frumento uti poterit. Huc accedit, quod lolium ſit fructus induſtrialis, ut conſtat ex* d.l.ſi ſervus 27.§.14. *de quibus* in d. verſ. ſed neq; foliis *agitur.* Nego: *Si legeris* dolijs *cum Conan.* 4. com. 5. *aut* Oleis *cum Cujac.* lib. 9. obſ. 37. *ſinè animadverſione n. non fieri poteſt, ut d. mutetur in* f. *aut f. aut ut* f. *aut f. apponatur vertaturq; e in* i. *Deindè hæ lectiones abſurditate quadam laborant, ob rationes, de quib. in actu diſp. Si ergò non ſit legendum* folijs, *neq;* dolijs, *neq;* oleis, *ſed* lolijs, *legendum eſſe, quovis pignore contenderem.*

XII.

Nùm uxor cum marito, cui ædium uſus eſt relictus, ſine ullo dubio olim potuerit habitare?

Ajo: *Si ius Dig. reſpicias* l. cæterum 4. §. mulieri 1. ibi. nam per contrarium, quin uxor cum marito poſſit habitare, nec fuit dubitatum, d. uſu & habit. Nego: *Si Inſtitut.* §. item is 2. ibi: & vix receptum eſſe videtur, ut hoſpitem ei recipere liceat, & cum uxore &c. d. uſu & habit. *Conf. Ægid. Hortenſ.* in d. §. item *& ita contra Imp. propoſitum* in conſtit. cordi §. 4. d. Emend. cod. Juſt. & Conſtit. tanta §. 15. d. conf Dig. *& Dd. comm. in jure noſtro antinomiam, licet invitus, incuriâ tamen Triboniani, admitto.*

XIII.

Nùm partus ancillæ ad fructuarium non pertineat?

Ajo:

Aio: *ſi M. Bruti ſententiam, quæ obtinuit, ſequaris.* Vetus fuit quæſtio, *ut Ulp. in l. vetus 68. in pr. d. uſufr.* an partus ad fructuarium pertineret. Sed Bruti ſententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere. *Et ita* Imp. in § in pecudum 38. I. d. R. D. *partus ancillæ in fructu non eſt, itaq; ad dominum proprietatis pertinet. His addi debet* l. mulier quæ duobus 22. §. ſed enim 3. ad SCtum. Trebell. l. d. [illegible]. §. hereditatem 4. eod. & Paul. lib. 3. ſent. t. 6. *Rationesq; pro hac ſententia duæ ſunt: Una eſt, quia cum omnes fructus rerum natura hominum gratiâ comparaverit, abſurdum videbatur, hominem in hominis eſſe fructu.* l. in pecudum 28. §. partus verò ancillæ 1. d. Uſur. & d. §. in pecudum. 38. *Cur autem abſurdum hoc ſit, non exprimitur ibidem, ſed apud* Don. 4. com. 25. *quia res alia eſt fructus, inquit, qui percipitur, alia qui percipit homo, ut meritò non niſi abſurdè queant confundi. Quæ inductio ita videtur poſſe infringi: Reliquorum animalium pabulum ſimiliter in fructibus conſiſtit* (Cic. 2. d. nat. Deor. *ut eas fruges atq; fructus, inquit, quos terra gignit animantium cauſſa &c.*) *& dum eos percipiunt, à fructibus quos percipiunt, diſtingvuntur, quæ tamen propterea non niſi abſurdè in fructu eſſe deſinunt. E. Verùm cum nemo rationem illam, ut dignum eſt, expenderit, ſecundum* Ægid. Hortenſ. in d. §. in pecudum 38. *alio modo illatio iſta quærenda erit. Putamus autem rationis allatæ illationem eam eſſe: ſi partus ancillæ fructibus annumeretur, fieri, ut aut partus iſte ſit in fructu ſui ipſius, aut ut partus non ſit homo. Utraq; non niſi maximo cum abſurdo concedi poteſt. Quæ quoniam occultatur, ita erui poterit. Pro priore illatione, ita argumentor: Si omnes fructus à natura in omnium hominum gratiam comparati ſunt, conſequens eſt ancillæ quoq; partum, ſi ſit in fructu, in omnium hominum, & conſeq: in ſui ipſius gratiam, cum & is homo ſit, comparatum eſſe. At prius eſt verum juxta dd. text. E. & poſterius. Pro poſteriore hoc modo: Quodcunque rerum natura, omnium hominum gratia comparavit, id certè homo eſſe nequit. Alia enim res eſt, quæ comparatur, alia res cujus gratia comparatur. Hominis autem gratiâ omnes fructus creatos eſſe, patet. E. etiam omne quod in fructu eſt, non erit homo, & ſic nec ancillæ partus. Altera ratio, quæ pro* Bruto *affertur, eſt in* l. ancillarum 27. d. hered. pet. *ancillarum etiam partus, & partuum partus, quanquam fructus eſſe non exiſtimantur, quia non temerè ancillæ ejus rei cauſſa comparantur, ut pariant, &c. nimirum*

quod

quod natura non patiatur, ut ſuis, ſic ancillæ uſumfructum in ſ[illegible] procreanda exerceri. Hott. in d. §.in pecudum. *Habentur e[illegible] operas exhibeant* l.fructus 4.in pr d.op.ſerv. *Et hæc ex prim[illegible]tione fluere videtur.* Nego: *Si* P.Scævolam *&* M.Manil[illegible]*rum* Cic.1. d. Finib. *meminit, jusq́; Gentium, quo æqualitas, q[illegible] jure naturali inter homines, ſublata, ſequaris cum* Ægid. Hort.d loc. *qui priorem nimium premit opinionem hoc modo:* Certè poſtq[illegible]am jure gentium ea æqualitas corrupta eſt, & ſervi longè deteriori conditione introducti quam domini, nihil abſurdi, nihil periculi eſt, eam differentiam hoc etiam loco ſervare, & ſervos in diverſa à Dominis aut uſufructuariis cauſa dicere. Alioquin etiam abſurdum eſt, hominem homini ſervum eſſe. Nomen ſervitutis nihil ſervis proprium relinquit, quæ nobis eoſdem deputat mortuis, vel quadrupedibus. Humanitatis cauſſa ſi quis velit, id ſervis conceſſum eſto, ut ne ſint in hominum fructu: At ea gratia quid eis prodeſt, qui ſi fructuarii non fiunt, ſupereſt adhuc, ut domini vel b.f.poſſeſſoris fiant: nec verò diverſo jure ejus fiant, quam ſi fructuarii fierent. Denique nihil eâ gratiâ ſervo accedit, ſed tantum fructuario decedit. *His addo, partum ancillæ pertinere ad fructuarium, ſi fuerit partus uſusfructus relictus* d.l.vetus 68.in pr. *& eſſe in fructu, ſi attendamus uſumfructum cauſſalem, plenum, ſeu miſtum.*

Finis Exercitii octavi, ſequitur nonum.

BLIOTECA N… ROMA